



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistola Pastoralis Illustrissimi Ac Reverendissimi Domini  
D. Humberti Guilielmi A Præcipiano, Archiepiscopi  
Mechliniensis**

**Precipiano, Humbert Guillaume de  
Lovanii, [1692]**

Caput XIX. De Indulgentiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39186**

cepti Ecclesiastici Dominus , nullo superiorum sacerdorum exemplo. sanè periculosam hanc novitatem ex hac Diœcesi nostra eliminatam volumus . Nulli Sacra tum Mensa arceantur , nisi quos noverimus esse indignos , atque ita vitiis inventeratos , ut nuntium iis remittere recusent , aut perquam verisimile sit humquam remissuros , quod in promiscua plebis Christianæ turba confidimus non habere locum.

## C A P U T X I X.

### *De Indulgentiis.*

**D**E Sacris Indulgentiis cum Majoribus suis & loquuntur & sentiantur Magni eas ipsi faciant , & à suis facientes doceant. Non exiguum in iis fiduciam à Christiano populo semper collatam , posthac quoque collocandam current , & simul ad vitam rectius instituendam exhortentur , ut sacros thesauros non dumtaxat exhaustant alienis meritis comparatos , sed in eos quoque aliquid ipsi inferant , quod prodeesse posteris queat.

Jam pietatem in mortuos nemo allatret , vellicet nemo , sed concordibus studiis alant omnes , & foveant. Fructum qui ex antiqua hac in pios Manes misericordia jam à præscis temporibus usitata redundat in vivos , sæpè pro Concione comine morent. Quæ pœna immemores maneat post hanc vitam edoceant ; ut similiter ipsi in Purgatorii flammis destituendi sint , qui nullos jam precibus suis , aut aliis rectè factis sublevant. Ab hac Regia antiquitatis via ne quis desciscat , atque avia & devia cum periculo præcipitii consecetur.

## C A P U T X X.

### *De Concordia Cleri & Regularium.*

**P**Ostremò Religiosas Familias arcto cum Clero amicitiae vinculo conjunctas cupimus. Quisquis hanc cum illis committere studet , tamquam sator discordiarum & certæ author ruinæ ex exercitu Domini , Christique castris pellendus est. Omnes eidem militiæ nomen dedimus , eandem